

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Opera

Priscianus

[Venedig], 15. Dez. 1481

Sequitur de casibus [Liber xiii]

[urn:nbn:de:bsz:31-324175](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-324175)

iā caret necessario etiā numero: ut infinita & impersonalia & gerūdia
Principales igitur duae partes, nomen & uerbum: & quā loco eorum
funguntur, hoc est participium & pronomen: supradictos numeros
habent in declinatione. **A**liæ autem quattuor partes hoc est, præpo-
sitiō coniuñctio aduerbium interiectio: declinatione carentes nume-
ros supradictos habere non possunt. Quāuis igitur aduerbia sunt
quædam numerorum, tamen nō ex eadem uoce singularem & plura-
lem significāt: nec ad personas ad singulas singularem ut plures plu-
ralem quomodo supradictæ partes reduunt numeros. **S**ed similiter
uel uni uel pluribus eadē adiūgūtur siue singularis sint nūeri siue plu-
ralis: ut semel facio, semel facis, facit, facimus, facitis, faciūt, similiter bis
ter quater, sæpe cum declinabiles partes, necessario sibi adiūctæ eorū-
dem numeros seruant: ut facimus nos: faciunt homines: faciunt scri-
bentes. **E**cce omnes plurales. **E**t iterum facio ego: facit homo, facit scri-
bens: et ubiq; singularibus utimur: cum igitur duo i pronomine quo-
que quomodo in nomine sint numeri: singularis & pluralis: sūt quæ-
dam numero communia: ut idem. **D**icimus enim idem uir & idē uiri.
Sunt aliā non solum numero: sed etiam diuerso genere communia:
ut hæc mulier: & hæc mancipia. **P**ossessiuā autem quemadmodum
iam diximus duplicem significāt numerum. **E**t int̄ insecus quidem
eandem habent quem primitiua eorum. **E**xtrinsecus autem pro ter-
minationis forma singularem & pluralem: meus mei: noster nostri:
unum suus quia & primitiuum eius utriusque est numeri commune.
Ad quoq; intrinsecus utriusq; numeri cōmune tam per singularem q̄ per
pluralem declinationem. **D**icimus enim suus illius: & suus illorum.

ExPLICITUM EST DE PRO NOMI
NE: SEQUITUR DE CASIBUS. viii

Casus quoq; accidit pronomiibus: quemadmodum & no-
minibus & prima quidem persona & tertia plus quinque
casibus habere non possunt: quippe cum uocatiuus in eis
nullo modo possit inueniri: qui proprius est secundæ. **Q**uæ sola ha-
bēs uocatiuum sex casus potest habere scilicet ad quem sermo rectus
dirigitur, unde nomina quoque & participia in uocatiuo casu secun-
dæ sunt personæ sine dubio & finita. **I**taque etiam in appellatiuis nō
minibus ipsa demōstratione secundæ personæ ppriorū loco fungi ui-
dentur in eo casu ut si dicam. **G**rammaticæ neminem alium significo

Opus est 29. p. 11. ac

nisi eum ad quem loquor. Si igitur in illis partibus quæ tertiæ sunt
plerunq; personæ tanta uis est uocatiui .ut transferat illas ad tertiam
personā quomodo in pronomine: quod totum est secundæ personæ
hic deficit casus ut ad aliam transferatur personam cū nulla alia pars
sic discernat trium personarum differentias: quomodo pronomen.
Primæ quoq; personæ possessiuum quod solum etiam secundæ per/
sonæ potest adiungi: licet supradictum est habet uocatiuum non
possessoris: qui est in prima persona quæ intrinsecus secundum geni/
tiuum intelligitur primitiui: sed possessionis quæ cum extrinsecus de/
clinatur: uocatiuum quoq; propter secundam assumpsit personā cū
ad eam dirigatur. **T**erentius in andria. **P**ater mi. **I**dem in eunucho. **O**
mea tu. **I**dem in eodem. **O** mea thais: meum suauium. **I**dem in adel.
O noster demea. **N**ostras quoq; gentile eundem habet nominatiuum
& uocatiuum. **A**lia uero sicut docuimus possessiua pronomina: quia
secundæ adungi non possunt: carent uocatiuo. **S**unt igitur alia mo/
noptota: ut istoc eccum eccam eccos eccas ellum mecum tecum secū
nobiscum uobiscum. **A**lia triptota: ut sui sibi se meū tuū suum nostrū
uestrum. **A**lia tetraptota: ut meus tuus suus illud & istud. **A**lia penta/
ptota: ut ille ipse iste. **N**am exaptota pronomina nō inueniuntur: quia
secunda persona in quo solum sex casus inueniri possunt similem hēt
nominatiuo uocatiuum: **V**t **V**irgilius in quarto nominatiuum pro/
tulit. **T**uq; puerque tuus. **T**erentius in eunucho uocatiuum protulit
O mea tu: Deriuata quoque primæ personæ habent uocatiuos quia
possunt secundæ adungi personæ: ut dictum est. non tamē in omni/
bus uariantur casibus: nec in omnibus tamē hoc inuenies nisi tribus
quæ nominatiuum in us: & genitiuum in ius terminantia secundum
quorundam pronomina declinationem flectuntur. unde quidam de
cepti pronomina ea esse putauerunt: ut unus unius solus solius: to/
tus totius. **N**am ullus nullus alius uocatiuos habere non possunt cū
abnegant præsentium demonstratiōem personatum. **V**ocatiuus autē
præsentem solet demonstrare personam.

De Prima declinatione pronominis.

Vnt igitur in pronomibus modi declinationum quattuor
Primus qui in tribus primitiuor; psonis cernitur p obliquos
casus. **N**ā uocatiuus primæ personæ dissonus ē a genitiuo:
Tertia uero deficit: ut ego mei uel mis: tu tuī uel tis: sui quod debuit

Et de declinatione genou noema quattuor.
Ep q; mei et mis in prima tu q; tuī q;
Rato p^{as} non sunt egto primæ.

secundum analogiam esse sui uel sis: quod dubitationis causa ne uerbum esse putetur recusauerunt. Nam cum ad graecorum imitatione his quoque utimur duplicibus genitiuis pronominum: apud illos enim εμου & εμουσ dorice δου & δουσ & ου & ουσ dici solet. in ουσ autem desinens genitiuus solet apud nos in is diffiniri: ut Δημοδοθενησ demosthenis εραογενησ hermogenis. In ου uero in ιπριαδαι priami κυρου cyri. Sic ego εμουσμουσ mei tui sui εμουσ δουσ mis tis sis: sed propter supradictam causam tacitus est tertiae huiusmodi genitiuus **Ennius in secundo:** Ingens cura mis cum cordibus mis aequipararet: mis dixit pro mei. **Datiuus** mihi tibi sibi nec mirum in eadem uocales genitiuum & datiuum exire cum in nominibus quoque inueniuntur similiter desinentes genitiui & datiuu tam in prima quam in quinta declinatione. **Accusatiuus** me te se. **Ablatiuus** similis est accusatiuo in singulari numero. **Nec** dubium hoc quoque a graecis esse acceptum. Illi enim εμεουσθεν. **Accusatiuos** cum adiectione proferentes loco genitiui accipiunt: eumque quidam ex ipsis sextum casum existimauerunt. **Nec** non etiam in nominibus simili modo plurima inueniuntur prolata δουρανοθενεαπο δουροσ δι κοθενεαπο δικη. **Et** cum praepositione φοσ υπανοθεν εφοικοθεν: unde **Romani** sextum casum assumpserunt. **In** plurali uero numero: quia tertia persona: idest sui tam singularis communis est quam pluralis numeri prima & secunda sibi congruunt: ut nos uos: nostrum uel nostri: uestrum uel uestri: nobis uobis nos uos: a nobis a uobis. **Ex** primis igitur syllabis tam primitiuorum quam possessiuorum personarum intelliguntur ab extremis casus & numeri. **Nec** non etiam in possessiuis genera quae in possessione sunt cum uerba soleant personas in fine magis ostendere: **Amo** amas amat. **Quod** igitur habeant nominum: idest genera & casus in fine ostendunt. quae uero uerborum in principalibus syllabis uitandae causa confusionis: quaeritur inter mei tui sui nostri uestri genitiuos primitiuorum & possessiuorum quid interest: **Ad** quod dicendum quae primitiuorum genitiuis omnes casus adiungi possunt & numeri: ut mei ager est: mei agri & mei agrorum: & meis agris: & mei agros dicimus. **Similiter** tui agrum: & tui agros: sui agrum & sui agros dicimus nostri agrum & nostri agros: uestri agrum & uestri agros. **Quando** autem sunt possessiua genitiuis adiunguntur solis eiusdem numeri. mei serui filius tui serui uestis: sui serui ministerium nostri serui frater: uestri serui soror. **Nec** mirum cum in omnibus quoque hoc idem seruetur. **Nam** primitiuorum genitiuis omnes casus adiungi

Dicitur qd prima & possiua

possunt: uel numeri ut **T**uli ager agri agro agrum agri agrorū agris
 agros. **I**n possessiuis uero similis casus adiūgitur: & numerus: ut tul
 liani agri: tullianum agrum tullianos agros. **I**n omnibus autem con
 cidentibus hoc sciendum q̄ structura uel ordinatio orationis dubita
 tionem repellit. **N**ulla enim alia re discernuntur a se tam partes ora
 tionis q̄ accidentia eis nisi significatione: ad quam & constructio fit.
Nam inueniuntur uoce saepe similia: ut amator accusator hortator &
 nomina sunt & uerba. **S**imiliter poetæ musæ dici rei & genitiui sunt
 & datiuī. **S**ignificatione igitur discernuntur a se quæ attentissime est
 in omnibus inspicienda. **Q**uæritur etiam illud cur quum apud græcos
 tertia persona pronominum primitiuorum & singulari numero habe
 at nominatiuum ut ἐγώ οὗτος. **E**t in plurali apud latinos sui: & nomi
 natiuo deficit & pluralia separatim non habuit: & existimo eam esse
 causam quod necesse erat: uel cum aspiratione proferre nominatiuū:
 & hi dicere qui pluralis erat alterius pronominis uel loco aspirationis
 s̄ præponere & si dicere quod est cōiunctio. **E**rgo iure deficit ne dubi
 tationem faceret sicut & sis in genitiuo pro sui pluralis quoq; qui ē δὲ
 apud græcos in hi transfertur. **O**mnia enim pluralia apud græcos oi
 desinētia mutant eam in i: λατῖνι latini sic δὲ hi & quomodo λατῖνων
 latinorum sic ὧν horū & sicut λατῖνοις latinis sic οἷσ' his & quemad
 modū λατῖνους latinos sic οὗτος hos. **F**æmininum quoq; λατῖναι lati
 næ sic αἱ hæ λατῖνων latinarum ὧν harū λατῖνας latinas ἄς has. **V**n
 de aspirationem quoq; ubiq; seruauit. quæ & in græcis ex quibus nas
 cuntur pronominibus hoc tamen interest q̄ tertia persona primitiua
 apud græcos relatiuū est: quomodo & sui sibi se a se: & is eius ci hic ue
 ro & hæc & hoc apud nos demonstratiua sunt proprie & præpositiua
 quæ a relatiuo græco uideantur genita. **N**ecessario igitur cum tria p/
 nomina pro uno habuimus deficit sui nominatiuo, & communes ha
 buit numeros. **N**ec mirum cum apud græcos nominatiuus supradi
 cti pronominis idest δὲ rarus est in usu. præterea q̄ non solum ὄν uel
 αὐ τούτος etiam ἔστω τόν significat frequentius: quod nec apud græ
 cos habet nominatiuum: quia ipse in se agere qui patitur per hoc pro
 nomen ostenditur. **N**am eget recto casu quem uerbum habet in se.

De his uis facta q̄m̄ uicima secundae
 De his formate p̄ cam p̄noia q̄.

De Secunda declinatione pronominis.
Secundus est modus eorum quæ ius terminant genitiuos
 quorum datiuī abiecta us genitiuorum solent proferri. **I**lle

Illius illi ipse ipsius ipsi iste istius isti is eius ei hic huius huius quod so-
lum assumptum e per omnes casus singulares absq; illis qui in s desinūt
hoc est genitiuo singulari: & datiuo & ablatiuo & acculatiuo plurali-
bus. Quibus tamen frequenter auctores solebant addere ee syllabam
huiusce: quomodo & pluralibus eius in eandem terminantibus con-
sonantem: ut hifce hofce hafce: quis reliquis quoq; casibus uetustissi-
mi addebant eandem ee syllabam hiece hæce hocce. Vnde uocali
quoq; sequente ablata per tinalimpham manentibus duabus e sole-
bant producere hoc. ut Virgilius in secundo aeneidos Hoccerat alma
parens q; me per tela per ignes Eripis: Sed scriptorum negligentia
prætermisit nunc e. Et sciendum q; accusatiui singulares & genitiui
plurales in in conuertunt e sequente: ut hunc hanc: horunce harun-
ce. Genitiuus & datiuus supradictæ declinationis in ius terminantiū
communis est trium generum: ille illius illi: & producitur penultima
i genitiui quam tamen pœtæ etiam corripuit absq; uno alterius quod
quia solum duabus uicibus syllabis proprium nominatiuum: corripuit
penultimam semper. Reliqui uero casus secundum mobilium regulā
nominum declinatur: illum illam illud ab illo ab illa ab illo. Similitè
plurales: illi illæ illa: illorum illarum illorum: illis illos illas illa ab illis
Sic cætera eiusdem formæ: tam pronomina q; nomina. Et sciendum
q; in e quidem terminantiā in sculina mutatione e in a faciunt fœmi-
nina: ille illa ipse ipsa iste ista. Is uero ea facit q; solum litteram princi-
palem mutauit in fœminino. masculinum enim abi: fœmininum ab
e incipit: hic enim & hæc ab eadem littera uidentur incipere: cum aspi-
ratio in principio utriusq; ascribitur quomodo & apud græcos ἄνθρωπος
& ἄνθρωπι uel ἄνθρωπος & ἄνθρωπι quis diuersas habeat uocales: ab eodem tamē inci-
piunt spiritu. Eorum neutrum hoc: quia & principium & finem serua-
uit masculini mediam uocalem mutauit. Illud etiam attendendum:
q; cum ille illud: iste istud: is id faciunt neutra. Ipse solum: q; & ipsius
inuenitur a uetustissimis prolatum neutrum in um desinens fecit. Te-
rentius in andria. Ipsus mihi dauus qui intimus est eorum consiliis
dixit. Idem in eodem. Istuc ipsum. Arqui hoc ipsum nihil periculi est
me uide. Illa enim quæ quibusdam uisa est ratio non adeo firma uide-
tur: ideo in um facere neutrum: quia in us desinit masculinum. Nam
alius cum in us terminetur: neutrum tamen aliud fecit. Omnia neu-
tra pluralia similia sunt singularibus fœmininis ut illa ea hæc.

Ut tua met pœtæ p ducet
gloriam in uerbis
Corripit a l'ing s p ducit a l'ing.

Supradictorum pronominum declinationem sequuntur nomina octo: in us quidem desinentia quinque: unus totus solus alius ullus: quod tamen ab uno diminutiuum esse plerisque uidetur. Sicut a uino uillum: & quod ab eo componitur nullus. In er duo uter alter: & ab eis composita: uterque alteruter neuter. In is uel in i unum: quis uel qui: & quae ex eo componuntur. Haec tamen ipsa secundum mobilium regulam nominum solebant apud uetustissimos terminare etiam genitiuos & datiuos: ut Terentius in andria. Tam inerts: tam nulli consilii: pro nullius consilii. Idem in hautontumerumeno. Dum loquitur altere pro alteri: & in eunuchos. Sola mihi ridiculo fuit: p soli: & cuiusmodi p cuiuscuiusmodi. Cicero p Sex. Roscio. Vreor. n. cuiusmodi e Roscine. Ita huc uidetur serua re: ut tibi omnino non pepererim. Cum igitur iuniores frequentius supradicta nomina secundum in us terminantium pronominum formam declinauerunt. In uno ex eis magis nominum declinationem sequuntur: neuter neutri neutro dicentes cum apud ueteres etiam in ius secundum simplicis sui declinationem inueniatur desinens genitiuo & in datiuo. Plautus in uidualaria. Neutri redibo donicum res diiudicata sit. Cum igitur supradictae formae nomina soleant in utri facere neutra: unus unum solus solum totus totum ullus ullum uter utrum alter alterum duo tantum in d finiunt ea. quis quid alius aliud.

De Genitiuo nominis alius.

Alius quoque antiquissimis pro alius protulerunt: eius genitiuus rarus est in usu. Et cum debuit una syllaba uincere suum nominatiuum: & datiuum tamen par est syllabis: sed producit in penultimam semper. Nec non etiam secundum nominum secundae declinationis regulam in i quoque inuenitur. Marcus celius de uestitu & uehiculis. Nam per iniuriam si & cum mihi ob eos mores: quos prius habui honos detur: ubi datus sit: tum uti eos mutem: atque alii modi sim. Quintus in secundo. Peruersum esse alii modi postulare piri hum in te: atque in ceteris fuisse. Cecilius in primo. Neque ipsi eos alii modi esse atque amilcar dixit ostendere possunt aliter. Idem etiam in quinto. Nullius alius res nisi amicieae eorum causa. G. Caesar in anticatone priore. Vno enim excepto quem alius modi atque

omnis natura finxit suos quisq; habet caros. **G. Fanius** in primo **annalium**. Cum in uita agenda dicimus multa quæ in presentiarum bona uidentur possunt inueniri: & multa amplius alius modi atq; ante iussa esse. Sed quod est mirum feminini etiam generis genitiuum quidam in i protulerunt. **Celius** in primo anteq; bartha perierat alii rei causa aphricam missus.

De Quis.

Quis etiam communis esse generis putauerunt uetustissimi: sicut apud **græcos** **ἄνθρωπος**. **Terentius** in eunucho. Hunc oculis nostrarum quisquam non uidit phædria: nostrarum quisquam dixit pro quæquam. **Plautus** in uidularia: Dic mihi si audes quis ea est quam uis ducere. & obliquos eius casus tam secundum tertiam quam secundam declinationem terminabant. **Vn** de nunc quoq; accusatiuus masculini in em secundum tertiam proportionem profertur quauis feminini in am: ut quemquam. **Ablati** uus non solum in o: sed etiam in i: a quo uel a qui: & a qua uel a qui: **Virgilius** in undecimo: Accam ex æqualibus unam qui cum partiri curas: pro qua cum. **Terentius** in eunucho. Qui cum parmenone. **Nominatiuum** quoq; pluralem non solum in i & æ: sed etiam in es: qui quæ uel ques: accusatiuum etiam quos quas uel ques: **Vt** **Pacui** us in medo. **Ques** sunt isti **Cato** Quæscunq; romæ reguauissent ac: cius in eo ptholomeo. Sed quæsdam. Nam datiuum & ablatiuum nunc quoq; tam per is: quam per bus proferimus quis uel quibus. **Sciendum** autem q; qui quando pro interrogatiuo uel infinito. idest pro quis ponitur circumflectitur. Quando autem pro relatiuo acuitur per se in lectione grauatur. **Similiter** obliqui casus generalem accentuum regulam seruant quando sunt infinita: uel interrogatiua. **Quædo** uero relatiua acuiuntur per se. In lectione uero grauatur per omnes syllabas. **Quæritur** in hoc modo declinationis cum omnis datiuus una syllaba minor sit genitiuo: ut illius illi istius isti ipsius ipsi unius uni solius soli utrius utri alterius alteri. an huius huic: cuius cui: eius ei: **An** monosyllaba sint accipienda in datiuo: quod regula exigit. Et pleriq; poetarum metris comprobant: ut **Virgilius** i quarto **æncidos** Cuiq; loci leges dedimus connubia nostra **Repulit**. **Idem** in primo **georgicorum**. Huic a stirpe pedes temo protentus i octo: & ubiq; hoc

seruat. Inueniunt tamen: sed raro bissyllaba: & maxime ei differētia
causa ne interiectio esse putetur: quod de nomine quoq; tractantes
memorauimus, unde pluralis etiam datiuus & ablatiuus secundum
analogiam in ius terminantium genitiuum singularem. quorum da/
tiuus singularis in i terminans: & pluralis in as desinens pares habet
syllabas: ei eis uel iis: ut cui quis huic. In quo c per adiectionem diffe/
rentia causa accedit his: quanuis & hibus pro his antiqui protule/
runt. **Plautus in gurgulione.** Eodem hercle uos paro & propono pa/
ratissimi estis hibus: qd per dieresim autem ei & eis inuenitur bissylla/
būm ostendit. **Iuuenalis in quinto:** Implet & ad mœchos dat eisdem
fetre cinædis. **Statius quoq;** huic uidetur protulisse per dieresim syl/
labarum in primo. **Latus huic domo uideas dare iura nepotes.** Idem
in eodem. **Falsus huic pennas & cornua sumere terræ.** Cui quoq; terē
tiamus de litteris: Verum ut cuiq; ē proximitas loci forori. Est enim
foradicum ex duobus ionicis a maiore & tribus trocheis. Idem in eo/
dem. Ex ordine fulgens cui dat nomen sinopes.

De Tertia declinatione.

Tertius modus declinationis pronominum est: qui sequitur
per omnia mobilium declinationem nominum meus mea
meum tuus tua tuum suus sua suum noster nostra nostrū
uester uestra uestrum. Notandum tamen q; meus cum se/
cundum regulam uocatiuum deberet facere o mee euphonia causa
duas e breues in i longam conuertit. **Terentius in adelphis.** O mi as/
china: o mi germane. Idem in eunucho: **Hic parmeno mi nostin A/
deo autem masculini est uocatiuus possessiui, & non genitiuus uel
datiuus primitiui per syncopam: quod quibusdam uidetur: q; nunq̄
uocatiue positum feminino uel neutro adiungitur: cuius quidam
nominatiuum etiam minus dixerunt uel mios: quod Carisius & Cel
sus ostendunt.**

De Quarta declinatione.

Quartus modus est qui sequitur per omnes casus tertia de/
clinationis nomina nostras nostratis quod ideo in extrema
circumflectitur syllaba q; per syncopam profertur. **Vetustis
simi enim similem genitiuo nominatiuum quoq; proferebant.**

Non esse pronomen

Non esse pronomen nec articulum multis modis ostenditur. Nam ex quo sit nominatiuo. Tu enim quod est secunda personae eundem habet nominatiuum & uocatiuum: qui assumit o: ut o tu: hic & haec & hoc sunt tertiae personae quae carent uocatiuo. Non est igitur pronomen nec articulus cum semper in demonstratione ponitur o: quae contraria est relationi: quam articulus significat: deinde articulum Romani non habent. Nam idem quod est $\delta\upsilon\tau\omicron\varsigma$: quod est articulus praepositiuus: cum pronomine significet apud nos tamen non ex articulo & pronomine componitur quae admodum apud graecos: sed ex pronomine & aduerbio is & demum qui quoque $\delta\sigma\tau\iota\varsigma$ significatione & interpretatione uidetur habere articulum subiunctiuum. Simplex est tamen nomen apud Latinos: quae uo modo plurima quoque alia inueniuntur apud nos simplicia quae apud graecos composita sunt ut felix $\epsilon\upsilon\tau\upsilon\chi\eta\varsigma$ Sanctus $\delta\gamma\iota\omicron\varsigma\ \epsilon\upsilon\varsigma\alpha\theta\eta\varsigma$ pius $\epsilon\upsilon\delta\epsilon\upsilon\eta\varsigma$ & alia mille: non tamen ideo significationem graecam attendentes debemus ea composita dicere uel quae ex contrario inueniuntur simplicia apud illos composita ut incestus $\alpha\sigma\chi\omicron\varsigma\ \alpha\iota\ \mu\omicron\alpha\iota\kappa\tau\omicron\varsigma$: ineptus $\mu\omicron\pi\omicron\varsigma$ superfluus $\pi\epsilon\rho\iota\tau\omicron\varsigma$ sicut & multa alia: Sine igitur dubio o aduerbium uocandi: & optandi est etiam interiectio. Nichil tamen interest inter o hoc est uocatiuum & heus. Quomodo enim dicimus eius: Iuuenes sic o iuuenes. Itaque omnibus uocatiuis praepositur o tu: o mi: o noster. Quippe aduerbium uocandi quod nulli alii casui nisi uocatiuo huiusmodi aduerbia possunt adiungi. Sicut etiam uerba secundae personae: ut uenisti ad me. Virgilii: & pronomina fecisti tu homere uenisti: tu Terentii cum substantiuus uel uocatiuis adiungantur uerbis. Tunc enim etiam nominatiuus utimur quomodo & in prima & in tertia persona: ut tu es doctus: ego sum prudens: Priscianus ego uocor: tu uocaris Herodianus.

Tale igitur secundam personam nominatiuum non putauerunt habere. Si enim nomina quae semper sunt tertiae personae tamen si cum supradictis uerbis sint iuncta possunt etiam primam & secundam significare: ut Socrates sum: Socrates es: Socrates est: Socrates uocor. Socrates uocaris Socrates uocatur. Quomodo non in pronomine quoque quae maxime discer

nunt personas accipiamus nominatiuum etiam in secunda persona. **E**go sum bonus tu es bonus ille est bonus. **N**ō igitur nominatiui nominū uel participiorū semper tertiā sunt psonā: sed quādo carent uerbo substantiuo uel uocatiuo. **N**emo enim recte dicit Apolonius ābullo: Aristophanes ambulat. **P**ronomina enim primā & secundā personā ideo maxime accipiuntur: ut loco priorum fungantur nominū cum uerbis earundem personarum: ut ego ambulo tu ābulas. Itaq; loco tertiā personā melius nomen ponitur: & maxime si abest: ego facio tu facis. **T**ullius facit: nisi praesens sit uel iuxta: & demonstratiue hoc ipsum uolentes indicare dicamus hic uel iste uel longe uideatur & dicamus ille uel si absit quasi de iam cognito utimur relatiuo is dicentes. de quo iam nouimus aliquid uel locuti ante sumus. **C**um igitur semper in demonstratione sit primā & secundā persona. **H**oc autem nominis carcat nominatiuus: iure ad tertiā personam retruditur. **S**ubstantiuus autem & uocatiuus solis ideo adiunguntur uerbis: & primā & secundā personā nominatiui nominum q; uidentur ipsa haec uerba uim demonstratiuā habere. **O**stēdūt enim substantiā ipsarū psonarū uel nominationē in qua similiter substantia demonstratur: nō egēt pronominibus qua demonstrationem substantiā significant.

q; nominatiuus uocatiuo i diuersis psonis adiūgi nō potest. **U**m igitur omnia qua sibi coniunguntur in diuersis posita personis casualia siue disiungantur siue copulentur eundē seruant casum. **V**ocatiuus hoc solus seruare non potest. **D**icimus enim uel **P**robis uel donatus: & **P**risicianus & **T**heotistus & ego & ille: uel mei uel tui. & mihi & tibi: uel me uel te & a me & a te. **V**ocatiuus autem nisi in una eademq; persona conferantur diuersa nomina iungere nō potest: ut bone & caste & formose quia alia psona hūc casum habere nō potest nisi secūda: & ideo secūdas psonas iungere nō possumus. **C**eteris uero casibus diuersas psonas iūgimus: quippe cū i omnibus illi iueniunt psonis. **E**rgo q̄do dicimus ego & tu & ille: sine dubio nominatiuus ē tu. **I**dēq; maxie dignoscit i plurali numero q; pluralia cōceptionē habēt psonarū. **E**rgo q̄do dicimus ego & tu docti sumus sine dubio tu nominatiuus itelligit. **E**t q; pnoia iisdē casibus adiūgūt i noibus: **E**go uirgilius tu uirgilius ille uirgilius: mei uirgilio tui uirgilii illius uirgilii. **E**t q; ad interrogatiōes nominatiui reddūt quis scripsit: ego: quis scripsit tu: quis scripsit ille.

Quicquid habet uocatiuum: hoc etiam nominatiuum ha-
bet. quicquid autem nominatiuum non omnimodo uoca-
tiuum neque enim interrogatiua nomina: nec infinita nec
abnegatiua nec distributiua uel imperatiua nec relatiua: quae omnia
caerent demonstratione uocatiuos pollicentur ut quis uel qualis qui ta-
lis quantus tantus alius nullus alter alteruter uter uterque singuli bi-
ni terni quaterni: & similia. Nec prima & tertiae personae pronomi-
na. **C**etera autem nomina per uocatiuos casus etiam si sint appella-
tiua loco priorum funguntur cum demonstratio ipsa diffinit se-
cundam praesentem personam: & habet in se uim & significationem
pronominis tu uocatiui. **I**llud etiam sciendum est quod omnia prono-
mina apud Latinos absoluta sunt: & tam praepositiua quam subiun-
ctiua recteque accentus apud Latinos: id est ὄροτονή αενα cum apud
Graecos sint quaedam inclinatiua: ut εἶπὼ εἰπὼ εἶπε εἶπε εἶπε
tu dicis dicis tu ille dicit dicit ille. **A**bsolute autem dicuntur quae cum
aliis sociari possunt uel non. **N**am dicendo. **E**go dico: possum & so-
lus intelligi & cum alio. **S**olet tamen met addita plerumque signifi-
cantiam uel discretionem ostendere: quam Graeci Δις εἶπὼν dicunt
egomet: ego & non alius. **N**ec non etiam ipse ego: uel egomet ipse: ut
Terentius in *adelpis*. **E**gomet rapui: ipse ego solui argentum: id est
ego & nullus alius. **S**ui hoc solum apud Latinos reciprocum fit in ea-
dem tertia persona: quod Graeci ἀντανεκελεσόν uocant: id est quando
ipsa in se actum reflectit persona: ut eadem sit: & agens & patiens:
quod Διοπαισειον uocant potest significare εἶπὼ τοῦ sui εἶπὼ τοῦ & εἶπὼ
τοῦ: quod est primae & secundae personae non habemus: sed pro eis
simplicibus primitiuis utimur: quae tam in reciprocatione quam intransi-
tione poni possunt: ut mei misereor: & mei misereris. **S**imiliter tui mi-
sereris & tui misereor. **N**ec mirum cum apud Graecos quoque uetu-
stissimus omnium fere auctorum. **H**omerus simplicibus utitur pro
compositis εἶπὼ εἶπὼ τοῦ pro εἶπὼ τοῦ. **S**ui quoque tam εἶπὼ τοῦ quam οἶ
significat quod semper est relatiuum. **N**ec mirum: cum hoc quoque
apud **H**omerum inueniatur saepe simplex pro composito. προεἶπὼ
τοῦ φεύγοντα: id est ante se fugientem εἶπὼ τοῦ pro εἶπὼ τοῦ dixit.
Nominatiuum autem ideo non habet hoc pronomen id est sui sibi
se a se: quia necesse est quando εἶπὼ τοῦ significat tam actio-
nem quam passionem in eadem intelligi persona. **N**ec aliter igitur

potest proferri is in quem agitur aliquid nisi per obliquos casus
Euenit enim ut a nominatiuis actus proficiscentes ad obliquos siue
intransitione personarum intelligantur. siue in una eademque perso-
na intransitione. ut Aristophanes Aristarchum docuit: ego te honora-
ui: tu mihi dedisti: & per sola quoque uerba nominatiuis intelligitur
& transit rursus ad obliquos: dedi tibi honorauit te: In una quoque ea-
demque persona hoc idem fit: ut Pheuius sedocuit: docenti enim
transitio non ad alteram personam: sed ad ipsum Pheuium recipro-
catur. Ajax se interfecit: rursus enim interfecit ad ipsum Aiace[m] reci-
procatur. huiusmodi igitur structuris primitiuorum pronominum
cum uerbis accidit una eademque uoce: & transitiuam demonstrare
personam & reciprocam. Vnde Homerus quoque antiquitatis au-
ctor in simplicibus semper pronomibus & intransitiuas ponit: ut
dictum est personas & transitiuas. ut εμοῦ σοῦ pro εαυτοῦ. Vnus
enim & idem loquitur εαυτῷ autem εγώ transitiue: Alter. n. cognouit
& alter est cognitus. Postea uero iuniores addidere composita prono-
mina quæ intransitiuas significarent personas simplicibus uero usi
sunt transitiuis. Itaque ἰδιοπαθεῖς: compositas. i. ipsas agentes: eas-
demque patientes dixerunt. Illas uero hoc est simplices ἀλλοιοπαθεῖ-
ς hoc est in alias passionem facientes nominauerunt. Iure igitur nos
qui in plerisque antiquitatem seruauimus. græciæ: in pronomibus
quoque secundum homericam auctoritatem simplicibus utimur etiã
pro compositis: id est non solum cum in aliam personam agit: sed etiã
cum ipsa in se. In aliam. Vt Virgilius in quarto æneidos Cui me mo-
rituram deseris hospes: Terentius in adelphis. Facto te apud illum
deum in se. Idem in andria. Nec quid nunc quæ faciam scio: Idem
in adelphis. Edepol sirsice te curasti molliter. Queritur igitur cur si
mei pro εμοῦ & εαυτοῦ: & tui pro σοῦ & εαυτοῦ accipiuntur: &
tamen nominatiuos habent sui cum pro οἱ & εαυτοῦ. Τοῦ accipitur: nõ
habet nominatiuum: ad quod multa sunt dicenda. primum quia si
loco aspirationis ut supra diximus: quæ in principio tertiæ personæ
apud græcos. i. οἱ præponeretur s nominatiuus esset dubitatio ad con-
iunctionem. quomodo enim οἱ sui: & οἱ sibi: & ε se: sic nominatiuus si
debuisset esse & in aliis. n. dictionibus quibusdam solent latini æoles se-
quætes uel in digamma u: uel in s couertere aspirationem ἡμισυ semis εἰ
lex εἰτα septē & fortasse ideo ex eo p anastrophe factū est is aliud p/

nomen quod propterea puro: & relatiuum esse quomodo apud graecos.
Deinde quod huius ipsius id est nominatiui rarus est etiam apud graecos
usus. **P**ostremo quod nunquam potest hoc pronomen inueniri. hoc est sui sibi
se a se: siue reciprocum siue transitiuum: ut non intelligatur actus: uel
ab ipsa in se. uel ab ipsa in alium simul: & ab alia in ipsam nisi posses-
suis uel adiunctis copuletur. **T**unc enim agere solum non etiam pa-
ti significat: ut ille misereatur sui seruum: & sui similem: & se sequen-
tem: & se ducentem **A**b ipsa in se. **Vt Terentius in andria.** Ipse sibi esse in-
iurius uideatur. **P**assiuam enim quoque ab actu aliquo fiunt. **I**n aliam
ab ea: & in eandem ab alia ut idem in eodem. **H**anc fidem sibi me ob-
secrauit: qui se sciret non deserturum ut darem. **H**uiusmodi igitur
structura nominatiuum habere quantum ad transitionem non potest.
Omnis enim genitiuus uel uerbo adiungitur ad perfectionem sensus:
ut mei uel illius potior: uel possessioni ut mei seruo loquor. **A**lii uero
casus non ad possessiones: sed aduerbia solum feruntur. **I**gitur sui pro-
nomen uel aduerbium semper ponitur reciprocum id est sui passionem
significans uel retransitiuum: uel ad possessionem: ut sui seruo loqui-
tur: uel sui misereatur: uel rogat me uidua ut sui miserear. **N**unquam autem
absolute quomodo alia: ut ego loquor & tu loqueris: & ille loquitur
Cum enim sicut supradiximus necesse sit actum uel a semetipsa in se
uel ab alia in eam intelligi nunquam potest uerbum uel reciprocari uel tra-
sire nisi in obliquos casus. **O**mnis autem obliquus nominatiuus adiu-
gitur transitionem personae ad personam significans: uel uerbo in se
nominatiuum demonstranti: ut ego te docui: ille mihi profuit: tu tibi
profuisti: ille profuit sibi: me accuso: te uituperas. **N**ominatiuus enim
per se positus transitionem non significat: ut ego scripsi. **V**na enim ea-
demque persona intelligitur. **N**ec potest esse nominatiuus: cuius et-
iam obliquus eidem uerbo possit sine transitione uel reciprocatione
adiungi: ut scribo ego: mei autem scribo dicere non possumus. **I**lle fe-
cit: illius fecit: illius facit nemo dicit. **C**um igitur sibi loquitur dici-
mus in hoc uerbo: quod est loquitur nominatiuum intelligimus ille:
cum sibi uero coniungimus ad eum casum: hoc est datiuum qui est
unus ex obliquis proferri actum significamus. **N**on mirum autem sui pro-
nomen & reciprocum & transitiuum aliquando esse cum $\epsilon\alpha\delta\upsilon\ \tau\omicron\upsilon$ quoque & $\sigma\alpha\upsilon\ \tau\omicron\upsilon$
apud graecos $\epsilon\alpha\upsilon\ \tau\omicron\upsilon$ quando ad actum hoc est ad uerbum proferuntur
reciproca sunt: ut $\epsilon\alpha\alpha\upsilon\ \tau\omicron\upsilon\upsilon\acute{\alpha}\kappa\omicron\upsilon\upsilon$ id est egomet ipsemet audio:
quando autem ad possessiones adiungantur quod per solum geniti-

uū transitiva sunt: ut τοῦ δουλοῦ ἐκταρα: idest mei seruum cecidi.
Hoc autem idest sui sibi se a se tertia esse personæ primitiuorum con/
iunctum illis personis quas συνυγιον Apollonius uocat. **C**ompro/
bat etiam ipsa declinatio in qua semper sequitur declinationem pri/
mæ & secundæ personæ: quomodo apud græcos εαου σοῦ οὔ εμοί σοί
δι εαεσεε sic & apud nos mei tui sui mihi tibi sibi me te se a me a te a
se. & quæ admodum prædiximus loco aspirationis quam habet ὄυ
tertia apud græcos persona s̄ habet principalem per omnes casus. In
hoc autem quoque: idest ut hoc pronomine modo transitiuo: modo
reciproco utamur: **H**omerum sumus ut iam dictum est secuti: quia
tertia quoque persona primitiui modo reciproca modo transitiva uti/
tur: ut ἦν Αἰάων τοσούτην τὴν οἰκονομοῖ βδδ δπολων ἦν dixit p
ἐῖν. **I**dem. **G.** pro. **G.** **I**dem. **G.** Itaque apud nos quoque modo p̄ ὄυ modo
σοῦ potest sui accipi. **S**imiliter sibi p̄ δι εω & le pro εῖδόν. **E**t sciendū quæ
quotiens hoc pronomen reciprocum est eiuſdem personæ uerbum ha/
bet cōuenienti casus adiunctū: ut sui meminit sibi placet. **E**t manife/
stū ē quæ cōiunctio uerbi uim habet nominatiui casus cū actione aliqua.
Si igitur pronominis quoque huiusmodi significationē habentis hoc
ē in se recurrentis. ponas nominatiuū & cum eo uerbū eiuſdem personæ
erūt duo nominatiui. **D**uo autē nominatiui p̄ se ubi actio & passio ostē
ditur coniungi non possunt sed obliquus & nominatiuus. nec solum in
reciprocis: sed etiam in illis: quæ in transitione habent alteram per/
sonam: non igitur sui nominatiuus potest constare. **Q**uis ideo a qui/
busdam pronomen esse putatur quod declinatur ad similitudinem
quorundam pronominum. quis cuius cui: sicut ille illius illi. **E**t pro/
omni nomine ignoto nobis tam proprio quā appellatiuo poni potest:
ut quis fecit quis dixit. **V**nde respondentes ad huiusmodi interro/
gationem: uel proprio utimur uel appellatiuo. quis fecit? **V**irgilius
uel poeta **E**t quod substantiam significat sine aliqua certa qualitate
quod est suum pronominis. **A**d quod dicendum quod non simi/
litudo declinationis omnimodo coniungit uel disceruit partes ora/
tionis inter se: sed uis ipsius significationis. **N**am & pronomina
multa declinationem nominum sequuntur. ut omnia deriuatiua
meus tuus suus noster uester nostras uestras. **E**t rursus nomina
declinationem pronominum: ut nūus unius uni: solus solius solī: to/
tus totius toti: ullus ullius ulli: nullus nullius nulli: alius alius alii.
Cuius genitiuus quia par syllabis est nominatiuo p̄ducit semper pe/

nultimam: cum alterius contra: quia duabus uincit syllabis nomina
tiuum suum semper corripit penultimam: alter alterius alteri uter ue
ro utrius: quia una superat syllaba: licet in metris & producere & cor
ripere: & quæ ex eis componuntur, quanuis hæc quoque quidam eo
dem errore declinationis inducti pronomina esse putauerunt. **C**um
enim omnia hæc ad certum numerum & quantitatem referuntur: quo
modo possunt esse pronomina quæ etiam omnia qualitate & quanti
tate carent: & loco propriorum quæ sunt indiuidua: hoc est nihil com
mune uel generali habentia accipi soleat. **S**upradicta igitur cum ge
neralem substantiam & qualitatem significant: neque loco propio
rium finitorum accipiuntur sine dubio nomina sunt. **A**ppellatiua simi
liter illa quæ infinitam qualitatem significant: qualis talis. **Q**uomodo
enim infinita uel interrogatiua pro nominibus accipiuntur propriis:
quæ interrogationem sepius proprie uniuscuiusque substantiæ uel qua
ntitatis uel qualitatis significant. **Q**uis quoque quanuis substantiam
sine aliqua certa qualitate demonstrat, hoc tamen interest inter substā
tiam illam quam significant pronomina: quod illa pro speciali & pro
pria uniuscuiusque accipiuntur substantia: quæ demonstratione præ
sentium: & relatione absentium personarum intelligitur. **H**oc autem
generalem & infinitam substantiam quæ pertinet ad uniuersarum re
rum genera: & species & partes demonstrat. **Q**uomodo igitur nume
ros & quantitates inter species qualitatis nominum accipimus: sic
etiam infinitam & generalem substantiam quæ est in hoc nomine: hoc
est quis uel qui: & quæ ex eo componuntur in hoc esse dicimus qua
litate: habet igitur etiam qualitatem quam desiderat nomē: **U**t bre
uiter igitur hoc totum colligamus: pronomina quoque loco propio
rum accipiuntur nominum. **I**taque finitas exigunt sibi personas
quas nullum ex supradictis potest habere nominibus. **Q**uid au
tem sic incōgruum quam omnia numerorum nomina sine dubio ab
omnibus nomina accipi: **U**nus autem & alter & uter & solus de
clinationis causa pronomina esse putare. **S**in autem in declinatione
& in deriuatione quedam inæqualitas inueniuntur: ut quis quæ
quod alius alia aliud. **N**ihil mirum cum in omnibus partibus ora
tionis de quibus nulla dubitatio est hoc inueniatur: ut in nominibus
supellex supellectilis: hospes hospita gracilis gracila. **I**n pronomibus
ipse uel ipse ipsa ipsū. **I**n uerbis sum fui: fero tuli. **I**llud quoque quidā

obiciunt quod demonstratio est propria pronominum: ut hic ego & talis & tantus: sed falso. Nam aduerbia quoque inueniuntur demonstratiua: ut en ecce. Ergo & nomina possunt esse demonstratiua & pronomina tamen inueniuntur carentia demonstratione: quae sunt relatiua: ut is sui. Hoc tamen interest inter demonstrationem nominum & pronominum: quod id quod demonstratur per pronomem solum ostenditur per se nec ad alium pertinet extrinsecus. quod uero pronomem non solum ipsorum quae ostenduntur: sed etiam illorum ad quos referuntur demonstrationem habet: ut talis Pyrrhus apparet qualis pater eius: & quod pronomina demonstratiua in eodem genere & numero manent cum eo qui demonstratur. Nomina uero demonstratiua diuersos possumus ostendentes ad diuersa referre: ut si aspicientes mare dicamus talem esse nilum: cum sit nilus masculini: mare autem neutri: uel si quis dicat statuam Herculis cernens: tanti fuerunt mei parentes: quantus iste Hercules. Cum enim unum aspiciat plurali uti potest numero. Si igitur similitudinis causa huiusmodi nominum demonstrationes proferuntur: quae est in communi qualitate uel quantitate qua carent pronomina: quae dubitatio est nomina magis haec esse appellatiua. Itaque interpretantes quid est talis uel tantus: dicimus similibus huic de quo loquimur. Ergo cum adiungimus substantiam qualitati: nam huic substantiam significat: simul uero qualitatem: tantus talis pronomina esse non possunt: neque pronominibus redduntur sed nominibus hoc est quantus uel qualis. **T**ria autem sunt demonstratiua nomina: talis tantus tot. Et quod a pronomine componitur & nomine: huiusmodi. Vnde hoc quoque aliud intrinsecus demonstrat. i. substantiam: & aliud extrinsecus intelligitur. i. qualitas: quam pro se pronomem sine adiunctione nominis habere non potest. Sciendum tamen quod talis & tantus & tot: si ad praesentes dicantur etiam demonstratiua sunt. sin autem ad absentes relatiua uel redditua tantum: ut qualis Hercules talis Theseus fuit. Illud quoque notandum quod in uocatio omnia nomina eius capacia possunt esse demonstratiua. Itaque in hoc solo finitam uidetur secundam habere personam. Nam in aliis casibus infinita sunt personae & tertiae nisi quando substantiuo adiungant uerbo. Tunc enim secunda personae & prima copulantur: ut supra memorauimus. Priscianus sum: Priscianus uocor: Virgilius: Virgilius diceris. Omnia autem infinita uel relatiua uel interrogatiua cum semper de

tertia dicantur ad secundam : ea est enim ad quam naturaliter interro-
gatio dirigitur non possunt habere uocatiuos : qui proprii sunt secun-
da: alius quoque caret uocatio cum abnegationem habet tam pri-
ma quam secunda. **D**icimus enim neq; ego : neq; tu : sed alius igitur
quod caret demonstratione presentis : uocatiuum habere non potest .
Ergo nec pronomen hoc esse certum est . **N**on solū enim nō sunt perso-
nas : sed etiam abnegationem habet finitarum . **T**ertiam quoque incer-
tam significat : quod est illi pro qualitate : & quod in a priori solent dici
quam in duobus : pronomina loco nominum accipiuntur priorū
Ut Cicero scribit : idem recitat : & unum & idem significat . **S**in uero
dicam : Cicero scribit & alius recitat : non est eadē persona . **I**llud quo-
que arguit hoc non esse pronomen quod ipse omni potest subiici prono-
mini : ut ego ipse tu ipse ille ipse non tamen etiam alius ipse dicimus .
Alter quoque & uter : & quae ex eis componuntur : & ambo uocatiuos
habere non possunt cum partiuntur uel referuntur : quod autē partitur
in diuersis est personis : uocatiuus autem ad unā dirigi uult personā
Itaque in his esse non potest quae partiuntur . **Q**uid est enim uter nisi
ego uel tu : siue tu uel ille . **S**imiliter alter ex me & te : uel te & illo . **Q**uo-
modo ergo in significatione diuersarum personarum possit esse uoca-
tiuus : qui ad unam pertinet solam secundam . **R**elatiua quoque cum
demonstratione carent uocatiuum habere nō possunt : ut ambo uter
que alter uter : ullus etiam & nullus cum semper in abnegatione poni-
tur : & nemo caret uocatio .

Liber .xiiii. de praepositione.

Q**UONIAM DE OMNIBVS VTPOT VI DE**
clinationibus supra differui : id est de nomine & uer-
bo & participio & pronomine : nūc ad indeclinabi-
lia ueniam : quae iure extrema ponuntur . **E**a enim
sine illis sententiam complere non possunt . **I**lla au-
tem sine istis sapissime complent : **I**taque cum
mihi uideantur praepositionem ceteris indeclina-
bilibus graecorum doctissimi praeposuisse . & maxime apollonius : cu-
ius auctoritatem in omnibus sequendam esse putauit : ego quoque ab
ea incipiam . **N**omini enim : quae principalis est omnium orationis
partium : & ceteris quae casus ad nominis similitudinem sumunt